Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31255
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



De cistercii in cyst. ante et p.

De capitulo generali

De casteracensi capitulo generali et de distinctionibus eligendis quere in clementina cap. iiij. Et de auctoritate ipsius capituli quere in carta caritatis cap. iij. Districte inhibetur ne abbates monachi conuersi seu famuli abbatum ad capitula venientes in ingressu cysterciij arma et cutellos acuminatos deferant secum qq modo. Si abbates et monachi contrarium fecerint excessus suos se nouerit incurrisse. Famuli vero culpabiles perpetuo a seruitio ordis excludant. Nec infrantem arma sua dimittant in cysterciio sub pena predicta. Inhibetur abbatibus ordis sub pena excessus ne monachum vel monachos equos vel familiam vel caratum nisi de consensu capituli apud cystercium introducat. Nisi de dni cysterciii vel eius locum tenentis licentia speciali. Durante uero capitulo abbates qui equum vel eqs vel caratum nisi in diuersis durinc sine speciali licentia diffinitorum domo cysterciii personaliter assistente pro equitantes quolibet florenum vnum et pro quolibet equo duos grossos pro feno ante exitum capituli generalis receptoribus contributorum solue teneant. Et nisi fecerint. Gradum altaris ascendere non presumat quousque satisfecerint generali capitulo de predictis. Ad alibus autem receptis pecunia in minoratione expensarum generalis capituli commutat. Et monachi uel conuersi pro abbates non introducti cum aduentus sui prioris cysterciii expressi teneant. Et si rationabilis inuenta oio non fuerit de cysterciio turpiter expellantur